

CLXXVI.

AERAS LVCE BONA DOMINVS SIGNABIT IN ANNO.

Annus abest *vetus*, annus adest *novus*: absit & adfit

cum *fugiente* malum, cum *veniente* bonum.

Post concionem sacram matutinam

*Panegyrim votivam Scholasticam*

ex merito, debito

instituemus

ut

divinâ & irrevocabili metamorphosi

per inexpugnabilem omnipotentiam

flexibilemq; misericordiam

JESU SALVATORIS

*tristia lætis, felicibus infelicia* permutentur.

Ergo, per Eundem, adeste

PATRES, FRATRES, FILII

quos

amor decor tenor

*pietatis honestatis necessitatis*

tactos extimulaverit

*nobiscum oraturi pro*

*Ecclesiæ sinceritate* perpetuâ

*Politix integritate* conspicuâ

*Oeconomix fecunditate* innocuâ

quarum arborum radices aguntur in scholâ

ita rogati

*observanter, officiosè, amicè*

à

*Scholæ vestræ Evangelicæ Rectore*

JOHANNE Theill.

---

BUDISSÆ impress. à BAUM ANNO, anno quo

OptabVnt Mites reserati gaVDia CæLI.